



LICEO DELLE SCIENZE UMANE CLASSE 1ASU – LAVORO ESTIVO DI LINGUA LATINA PER CONSOLIDAMENTO E DEBITO

Dopo aver studiato le regole sul libro ed eseguito i relativi esercizi assegnati durante l'anno, traduci i seguenti brani. Cerca di essere costante nello studio e non concentrarlo nelle ultime settimane! Buon lavoro.

1. I PRIMI POETI LATINI

Primus poeta Latinus, Livius Andronicus, Homeri Odysseam in linguam Latinam convertit. Postea Cn. Naevius primum Punicum bellum narravit. Alius clarus poeta Latinus, T. Maccius Plautus, fabulas palliatis composuit. Palliata comoedia erat et vitam cotidianam narrabat.

Romani comoediam palliatam appellabant quia comoedi pallium induebant et argumentum Graecum repraesentabant; cum autem argumentum Romanum erat et comoedi togam induebant, tum fabulam togatam appellabant. Claras comoedias palliatis etiam P. Terentius Afer composuit, ita cognominatus quia ex Africa oriundus ac senatoris Terentii Lucani libertus erat. Quintus Ennius, alius clarus poeta Latinus, fabulas praetextas composuit; praetexta tragoedia erat et Romanorum armorum gloriam celebrabat. Dein claras praetextas etiam Pacuvius scripsit; attamen neque Enni nec Pacuvi libri integri pervenerunt, sed tantum reliquiae.

2. LE OCHE DEL CAMPIDOGLIO

Gallorum catervae Alpes superaverunt, in Italiam irruperunt atque cuncta loca ferro ignique vastaverunt. Terror mortis Gallorumque formido repente urbium ac vicorum incolas invaserunt. Adversus multitudinem barbarorum populus Romanus alterum consulem cum legionibus misit, sed in pugna apud Alliam flumen Galli Romanorum copias profligaverunt atque in fugam verterunt, statimque Urbem quoque obsidione cinxerunt. Senes, pueri et mulieres in proxima oppida confugerunt; iuvenes tantum manserunt et in arce Capitolina salutem invenerunt. Sed mox Galli etiam arcem obsederunt. Dum autem intempesta nocte Galli clam Capitolii murum ascendunt, anserum clamores M. Manlium excitaverunt: ita Romani barbarorum corpora e muro praecipitaverunt, ac rursus Romam armis atque virtute servaverunt.

3. I RE DI ROMA

Romulus urbem in Palatino monte condidit et ex nomine suo Romam vocavit; postea multitudinem finitimorum in civitatem recepit. Numa Pompilius nullum bellum gessit, sed leges moresque Romanis constituit et annum in decem menses descripsit. Tullus Hostilius bella reparavit, Albanos vicit, Caelium montem civitati adiecit. Postea suscepit imperium Ancus Marcius, Numae ex filia nepos: contra Latinos dimicavit, Aventinum montem et Ianiculum civitati adiecit, apud ostium Tiberis civitatem sexto decimo miliario ab urbe Roma condidit. Tarquinius Priscus numerum senatorum duplicavit, circum aedificavit, ludos Romanos instituit et multos agros Sabinorum urbis Romae territorio adiunxit. Post Tarquinium Priscum, Servius Tullius suscepit imperium: Sabinos subegit, Quirinalem, Viminalem et Esquilinum urbi adiunxit, fossas circum murum duxit, censum ordinavit. Tarquinius Superbus Gabios civitatem subegit et cum Tuscis pacem fecit. Postea Brutus populum concitavit et Tarquinio ademit imperium.

4. LE API DI ARISTEO

Aristaeus pastor erat, valde studiosus mellifex et Eurydices (*genitivo*) nymphae assiduus sectator. Olim nympa, dum Aristaei insidias effugere temptat, aspidem inter herbas occultam incauto pede calcavit. Anguis nymphae pedem momordit mulieremque ad Inferos demisit. Ceterae nympae comitem magnis clamoribus luxerunt et, iram motae, Aristaei apium examina omnino deleverunt. Aristaeus, magno dolore affectus, ad amnis ripas contendit, ubi matris sedes erat: valles undique montesque clamoribus personabant. Mater ex aquis emersit et nato nympharum piaculum apiumque examinis restitutionem docuit. Iuxta matris consilium pastor nympharum aras quattuor arietum totidemque ovium cruore respersit. Cum autem nona aurora illuxit, ex ovium visceribus densa apium nubes evolavit. Ita Aristaeus apium examen restituit atque alveare renovavit.

5. GIOVE

Iuppiter, Saturni filius, postquam adolevit Titanum auxilio patrem regno expulit et imperium totius (*genitivo di totus*) orbis terrarum cum fratribus divisit: Neptuno aquarum, Plutoni Inferorum regnum assignavit. Postea contra Thyphoerum feliciter pugnavit, monstrum ingens et horrendum; postremo bellum etiam contra gigantes sustinuit, omnes vicit atque in Tartara deiecit. Iuppiter auctor erat omnium potestatum et custos iustitiae: nam apud Iovem tutela omnium iurium et legum sanctitas positae erant. Praeterea Iuppiter hospitem et supplicum patronus erat, fati voluntatem fulminibus, somniis atque oraculis ostendebat, populi contionibus praesidebat, aequa et sapientia consilia mittebat, turpia facinora puniebat. Sculptores et artifices Iovis simulacra de marmore aut ex aere aut ex ebore effingebant: deorum regi corpus ingens ac validum, caput augustum, gravia et serena lineamenta oris tribuebant. Iovis ornamenta erant sceptrum, aquila et signum Victoriae.

6. ANNIBALE MINACCIA ROMA

Hannibal, celeberrimus Carthaginiensium dux, Romanum imperium ad discrimen adduxit. Primum Saguntum, foederatam civitatem, funditus evertit, dein Alpes superavit et Italiam invasit: ibi sata vastavit, urbes foederatas abalienavit, civitates obsistentes evertit. Ingentia peditum equitumque agmina contra Carthaginienses processerunt, sed quotiescumque in Italia bellavit, Hannibal semper victor discessit. In cruentis pugnis innumeri milites compluresque duces vitam amiserunt; postremo autem civium patientia, patrum constantia, militum virtus imperatorumque peritia Poenorum vires fregerunt. Nam P. Cornelius Scipio copias in Africam traduxit; ita Carthaginienses Hannibalem in patriam revocaverunt et multos post annos Italiam ab incursionibus liberaverunt. Scipio Hannibalem in Africa debellavit; tum Poenorum dux in Bithyniam apud regem Prusiam profugit ubi, ab hostibus obsessum, venenum sumpsit.

7. I MESI DELL'ANNO

Aperit annum Ianuarius; mensis Iano dicatus terras acerbis frigoribus excruciat, at promissorum plenus est fiduciamque animis infundit. Februarius saepe timidis violis conspergit gemmasque in gravidis palmitibus inflat. Martius mox infestis ventis urget; Martius mutabilis et levis est; attamen nives liquescunt, hiemales pruinae evanescent et hirundo celsis sub tectis nidificare incipit. Ecce nunc Aprilis: mensis imbribus molestus est, at omnia (soggetto) florent et frondes modo formatae arbores festive vestiunt. Maius suaves flores pandit fremitque leni susurro alveare. Iunius culmos tumidarum spicarum incurvat arborumque poma rotundat. Iulius flavas segetes demetit, Augustus fervent canicula omnia animantia atque inanimata vexat. September pingua poma rubrefacit, at hirundines ad migrationem inducit. October dulcia musta et castaneas munera praebet. November folia ad arboris radices cumulat, December nivibus hiemalibusque pruinis terras rigentes operit.

8. I POTERI DEL RE

Ut pater familias patriam potestatem habet, sic temporibus antiquis rex caput erat totius civitatis. (ut...sic = come...così) Ut autem pater familias aures praebet sapientium prudentiumque consiliis, sic in civitatis administratione rex senatores consulebat. Regem creabant patriciorum curiae; sacerdotes autem regi tribuebant sacram potestatem caerimoniarum et legum, curiarum contio imperia et potestates (comp. oggi.). Signa dignitatis regiae erant sella curulis, toga purpurea, sceptrum eburneum cum aquila, corona foliis querneis (comp. qualità) ex auro; praeterea regem praecedebant lictores gerentes fascas virgarum cum securi. Rex populi contioni leges, foedera, bellum aut pacem proponebat, sed antea senatores consulebat; in bello autem legiones contra hostes ducebat, auctoritatemque non solum prudentia, sed etiam virtute et exemplo exercebat. Rex potestatem usque ad mortem servabat, sed filiis non tradebat: nam regis creatio ad comitia curiata pertinebat.

9. ACHILLE E PRIAMO

Cum nuntium de Patrocli caede audivit, Achilles extra munitiones processit, lugubrem ululatum emisit cunctisque Teucris terrorem iniecit; statim ad pugnam com exercitu remeavit et ingentem hostium caedem edidit. Hectorem ad singularem certamen provocavit (sfidò a duello), Patrocli interfectorem, adversarium occidit et corpus ad currum vinctum per cruentum pulverem usque ad tentorium traxit. Tunc Priamus, senex Teucrorum rex, noctu ad Graecorum castra venit. Senex Mercurium comitem habebat: deus regem densa nebula operuit et incolumem inter Graecorum arma duxit. Cum ad Achillis tentorium pervenit, Priamus humi procubuit, munera magni pretii praebuit et flebili voce filii corpus ad sepulturam petivit. Miseranda senis verba durum animum Achillis flexerunt: nam Priami adspectus heroa de patris imagine admonuit (richiamò alla mente la figura del padre); praeterea Achilli quoque triste fatum imminabat. Ideo Pelides Priamum cum humanitate accepit, filii corpus reddidit ac senem incolumem ad urbem remisit.

10. IL PIU' GRANDE TROFEO DI PERICLE

Pericles, vir egregii ingenii, Atheniensium rem publicam complures annos administravit. Domi militiaeque prudens administrator ac rei militaris peritus, Athenarum opes auxit semperque rei publicae bonum curavit: ideo rerum scriptores Periclis dominatum populare imperium dixerunt. Tunc Athenis vigeat libertas: nam imperium penes populum erat, divitiarumque cupiditas nondum civium animos invaserat. Athenienses in collem propria Acropolim conveniebant, ubi leges statuebant. Iudices (acc.) quoque ex civibus eligebant; reus causam dicebat, dein iudices tesseram aeneam in vase collocabant civemque damnabant aut absolvebant. Pericles igitur libertati numquam obstitit, immo populi postulata semper audivit, quamobrem civitatis potentia magis in dies crevit. Leti die (Nel giorno della morte) propinqui et amici, Pericli moribundo adstantes, victorias et tropaea numerabant; tum Pericles, amicorum sermones interpellans: "Sed summum tropaeum", inquit, "Est quod nullus propter me civium vestem lugubrem sumpsit".

11. GLI OZI DI CAPUA

Contra Hannibalem in Apuliam L. Aemilius Paulus C. Terentius Varro consules cum omnibus copiis processerunt et in planitie apud Cannas aciem instruxerunt. Hannibal numero militum cedebat, sed peritia rei militaris et calliditate praestabat; ideo Romanos omnino fudit atque cecidit. Inter primas acies cecidit in pugna etiam Aemilius Paulus consul. Dies tristes Romanis fuerunt, sed mox rerum status mutavit, et post dies funestos cladis et luctus dies laeti pervenerunt, resque secundae adversas res amoverunt. Nam dum Hannibalis exercitus, victoria elatus, mollitie et otio Capuae elanguescit, Romae novae aces iuvenum vitae militaris asperitatem tolerare assuescebant: ideo mollities et luxuria Carthaginienses debilitaverunt; contra Romanam iuventutem armorum exercitatio et disciplina corroboraverunt. Primo vere (all'inizio della primavera) igitur Romani Hannibalis copiis, otiis debilitatis, agmina exercitata et valida opposuerunt.

12. ROMA NELLE GUERRE CIVILI

Extremis rei publicae temporibus funesta bella intestina Romam graviter dilaceraverunt. Post consulatus Marii acies iam non parebant senatus auctoritati nec magistratuum iussis, sed fidem praebebant solum duci suo, rei militaris perito, spe stipendii et praedae. Sulla multa opera publica egit, sed tribunorum plebis auctoritatem minuit: nam etiam ius intercessionis abolevit. Praeterea novis legibus vim et scelera contra rem publicam punivit, sed tabulas proscriptionis edixit. Propter bella civilia igitur multi cives probi rem familiarem amiserunt, flagitiosi autem opes auxerunt. Itaque boni de rei publicae salute desperabant; improbi autem honoribus et divitiis tantum studebant, impia scelera impune patrabant, iuventutis mores corrumpebant. Tantis malis (a così gravi mali) nulla spes remedii erat. Praeterea in rebus adversis etiam familiarium et amicorum fides dubia erat: nam spe lucri multi parentes quoque et coniunctos denuntiabant. Dies vere funesti rei publicae fuerunt.

13. CESARE PASSA IL RUBICONE

C. Iulius Caesar popularium partium erat; principio tamen societatem fecit cum Pompeio, nobilitatis principe, et Crasso, viro admodum diviti atque potenti. Cum Pompeio et Crasso igitur perniciem rei publicae paravit: nam magistratus legitima auctoritate (della legittima autorità, comp. di privazione) privavit, triumviratum instituit et provinciae Galliae administrationem petivit. Ibi complures res secunda gessit fortuna et brevi tempore universam Galliam in Romanorum dicionem redegit. Cum Britannis quoque feliciter bellum gessit et etiam Germanos, trans Rhenum incolentes, ingentibus proeliis vicit. Tum autem initium habuit bellum civile, execrandum et lacrimabile. Cum Caesar enim alterum consulatum petivit, senatus, Pompei hortatu, petitioni obstitit. Tum Caesar, spe deiectus (deluso nella speranza, comp. di limitazione), cum exercitu Rubiconem flumen traiecit et Romam contendit (si diresse). Ad nuntium Caesaris adventus consules Brundisium confugerunt cum Pompeio, cum senatu et universa nobilitate, atque inde in Graeciam.